

bo quin eum cognoscerunt invicem absque Jesu invenerunt; et dolor maximus, turbatio inconsolatrix, et profundissimum suspirium, ut hic, illic, ibi et undique et utrobique in illius consequutione viam tenderent. Amen.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Serviant tibi oh Joseph populi et adorent te omnes tribus terrae.\*Atque omnes judæi et gentiles. ¶ Adoraverunt S. Josephum ut salvatoris Patrem. Atque....

### LECTIO III.

#### *De Sacra Familia.*

Juxta auctorem, ut videbitis, Sacra Familia semper fuit, est et erit Sacra Familia; et per consequens tria membra quibus coalecit absque peccato esse oportet, et non solum actuale; sed etiam habere non potuerunt, juxta actuale rerum ordinem, originale peccatum. Non Jesus, quia est essentialiter impeccabilis; non Maria, quia similiter est per gratiam et privilegium; et non Joseph, ait auctor Opusculi, quia debuit esse ita, per gratiam et privilegium; e converso potuisset nominari omne veritate Sacra Familia. Pro inde, ponere Divinum Josephum in originale peccato, videtur etiam opponi ideam magnificæ, quam Concilium Vaticanum, paulo postea Pontifex Pius IX atque nostris in diebus Leo Papa XIII dare nobis voluerunt utrique, quum, Sancti Domini Josephi sub potentissimum patrociniū, omnem Ecclesiam universalem, posuerint; quum, ejus augmentarent cultum ita, et quum nobis ponerent cognitionem in illa luce fulgentissima sem-

per procedente a Sancta Sede, et quæ specialissime verificata est, loquendo de Sacratissima Familia.

¶ Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Benedicite igitur omnes filii et filiae nostro divino Josepho.\*Quia ut membra nostri sancti benedicti Josephini Instituti. ¶ Ut benedictionibus coeli et terrae, animae et corporis abundantissime repleamini. Quia....

### —DIA 12 DE DICIEMBRE.—

### LECTIO I.

#### —EX DOCTORIBUS.—

Vult Deus significare omnibus patrociniū Sanctissimi Joseph implorantibus, quod sicut ipse in hoc mundo, voluit subditus esse Josepho, et ejus obedire mandatis; ita etiam in coelo.—*Gasp. A.*—Hujus Sancti Josephi encomiastæ ingrediuntur oceanum meritorum istius viri, infra quem est omne, quod sub Maria exurget; Joseph enim oceanus meritorum est.—*Gasp. A.*—Cum Joseph creandus, tunc dignior fuerat omnibus cesandis infra Christum et Mariam; providus enim ille parens media disponit nusquam recessura a tam nobile fine: ideoque gustate et videte quam suavis est Dominus Joseph.—*Gasp. A.*—Omnes quibus periculosæ instituuntur profusiones, locaque abunda sunt parum tuta, Sancto Josepho committere debent; et ex illo committante, securitatem, tutelam et intercessionem petere, et fideliter sperare.—*Gasp. A.*—Post Christum et Mariam Josepho salutem suam mundus debet; et universe omnium Pater constitutus est; hac de cau-

sa omnes dicere ei debemus: Pone me juxta te, et  
cujus vis manus pugnet contra me.—*Gasp. A.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Si tu bone Joseph magis placueris in nos filios  
tuos desolationem usque ad mortem patendere.\*Ad  
eam tolerandam parati sumus. V Tibi dicamus  
que confidenter, etiam occideris me, in te ipse spe-  
rabo. Ad....

### LECTIO II.

*Joseph sine originale macula.*

Præterea quid Dominus Sanctus Joseph absque  
originale macula conceptus fuisset, videtur quod  
ita requirebat sua divina vocatio, quia indignum est  
ducem Familiæ Sacræ, apparere cum macula culpæ  
originalis inter Jesum et Mariam; ideo, sub hoc ca-  
pite, debuit esse absque peccato; et præterea idea  
Sponsi Mariæ et Patris Jesus debet esse juncta im-  
mutabiliter singulari gratia immaculatae concep-  
tionis; quia si Maria est virginalis Mater Jesus,  
Joseph est Jesus virginalis Pater, et est tanto ma-  
gis Pater suus, quanto puritas ejus fuit etiam major;  
per quod Sanctus Augustinus exclamabat: "Non  
solum debuit esse Pater Joseph, sed maxime debuit;  
major puritas confirmet paternitatem, ne ipsa Ma-  
ria nos reprehendat;" et qua causa verificatum est  
augustum mysterium Incarnationis Filii non solum  
per Mariæ, sed etiam per Josephi concensum, sicut  
habet Gerson: quum affirmari possit, quod sicut  
Maria fuit Mater Jesus primo per suum concensum,  
ita et Joseph per suum concensum primo fuit Jesus  
Pater; et ideo, sicut Maria virginalis Jesus fuit Ma-  
ter; ita et similiter Joseph virginalis fuit Pater Je-

sus, proinde et per consequens ambo et immaculati.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Oh miranda prorsus, Joseph, sublimitas tua!\*  
Oh dignitas incomparabilis nostri divini Josephi! V  
Mater Dei ipse Jesus appellare te Dominum et Pa-  
trem non indignum putaverunt. Oh....

### LECTIO III.

*Joseph sine macula conceptus.*

Hæc doctrina nos docet, quod sicut Maria fuit  
secundum rem Jesus Mater virginalis, cujus mater-  
nitatis meritum, præcipue in suo concensu fuit, et  
non in eo quod Verbum inter viscera hujusmodi  
incarnaret; ita et Josephi secundum rem fuit pater-  
nitas, cujus paternitas consistit in suo concensu, et  
non in concensu ad Incarnationem Filii Dei juxta  
ordinarium et commune modum coeterarum homi-  
num. Hæc doctrina honorante modo infiniti exit et  
confirmatur ab illis, Sancti Augustini, verbis, di-  
centis: "Quod Spiritus Sanctus operatus est, et in  
amborum justitia requiescens, ambobus Filium de-  
dit; sed in eo sexu qui parere decebat, operatus est  
hoc quod etiam marito nasceretur." Ergo Joseph  
et Maria vere sunt Jesus Parentes virginales; ergo  
si concluditur quia Maria est Mater Jesus sit im-  
maculata, concludi potes similiter et etiam Jose-  
phum, qui Pater est Jesus, esse immaculatum a sua  
immaculata conceptione.

R Deo gratias.

Nos hæc sublimia, &c.

R Subditus fuit nostro divino Josepho qui fabri-  
cavit auroram et solem.\*Et etiam subditus fuit illi.

¶ Illa Regina coeli et peccatorum omnium Mater.  
Et etiam....

—DIA 13 DE DICIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Joseph fuit Christo simillimus, et per consequens formosissimus.—*Gasp. A.*—Joseph ea fuit albedine conspicuus, ut ipsam etiam nivem faceret fuscam, factus ipsenive candidior.—*Gasp. A.*—Supra te solus Deus et Maria; infra te omne quod Deus et Maria non est.—*Hugo Card.*—In arduis posuit Joseph aquila nidum suum.—*Hugo Card.*—Omnibus angelis honorandum voluit Deus Josephum.—*Hugo Card.*—Christus in corde Josephi nascitur, qui fidem ejus custodivit, et ipsius opera imitatur.—*Hugo Card.*—Joseph videns uterum suæ Sponsæ Mariæ virtute Spiritus Sancti intumescere expavit vehementer, non suspicans contra me aliquid sinistrum; sed recordatus dicta præphetarum præannuntiantium filium Dei nasciturum de Virgine, reputabat se indignum tali servire Matri.—*Gasp. A.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Isti filii mei, ait Joseph, sunt fortes bellatores ad animas salvandas.\*Et pro majore Dei gloria et honoris nostri sancti Instituti. ¶ Laborant sine requie ad consequendum id. Et pro....

LECTIO II.

*Joseph sine macula conceptus.*

¶ Alio modo asserens Dominum Sanctum Josephum conceptum absque originale macula, nova non est;

concluditur sensu Sancti Evangelii; concluditur sensu Patrum præcipue Sancti Augustini, et aliorum, concluditur Sanctorum Doctorum profitentium sic; per quod S. Bernardinus de Bustos, suam concludit materiam circa hoc dicens: "Utrum autem Joseph ab originali macula præservatus fuerit, ipse Deus novit, qui talem sibi Patrem putativum et gubernatorem humanitatis, suæ dilectissimæ Sponsæ, ac Matris suæ purissimæ conjugem, super omnes mundi homines elegit."

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Magnum hoc est tutela sua Josephum custodire debere eum.\*Qui omnia custodit, servat et universo dominatur orbis. ¶ Quod quidem incomparabilem Josephi excellentiam et dignitatem declarat. Qui omnia....

LECTIO III.

*De Josephi conceptione sine macula.*

Doctor Petrus Morales, circa possibilitatem, Domini Sancti Josephi conceptionis immaculatæ ait: "Juxta aliquos, Sanctissimus Joseph non solum fuit sanctificatus et liberatus a peccato originali, existens in utero materno; sed quod etiam fuerit ab eo præservatus antequam caderet...." Deus voluit præservare Sanctum Josephum, ut esset Matris suæ dignissimus Sponsus, et ejus idoneus Pater, nutritius, et minister purissimus, et quantum possibile esset, conformaretur in puritate ipsius innocentissimæ Virgini. Et hanc suam opinionem confirmat cum Gerson: "Sicut decuit ut Maria tanta puritate niteret, quia sicut dicit Anselmus, sub Deo major nequit intelligi: ita decuit ut Joseph tanta præroga-

tiva polleret quæ similitudinem en convenientiam exprimeret talis Sponsi ad talem Sponsam, de qua natus est Jesus qui vocatur Christus. Unde sicut laus Mariæ est laus Christi Filii sui, ita laus Josephi in præconium redendat utrisque, scilicet, Jesus Mariæ. Et sic ex adverso dicit sapiens: quod dedecus Filii est Pater sine honore, similiter dedecus Sponsæ esset Sponsus sine honore derelictus.—  
Ita Ger

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Non est mirum si Christus voluit quod omnes creaturæ obediant Josepho.\*Cum et ipse illi obediens extiterit. ¶ Quæ subjectio notat dignitatem incomparabilem in Josepho. Cum....

—DIA 14 DE DICIEMBRE.—

### LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Beatus virgo Joseph Pater Dei habet jurisdictionem salvandi sua intercessione gravissimos peccatores; et revera scit ille magis propter peccatores esse factus Pater Dei.—*Jos.*—Ratio ex gratuita lege, aperte ac directe dicat ut Jesus Filius regis, Maria Mater regis, et Joseph Pater regis sit in sede et sublimitate regia longuissima, super omnes alios ordines ministrorum omnium.—*Gasp. A.*—Millia millium ministrabant Josepho, et decem centena millia assistebant Josepho.—*Gasp. A.*—Qui creavit me sine me, creatur mediante me ait Joseph; et qui creavit me, dedit mihi creare se.—*Gasp. A.*—Beatus Joseph qui in vita sua tantopere Deum, Dei Filium amave-

rat, alia morte nequibat mori.—*S. Fr. de S.*—Joseph magis fuit Pater Christi, quam Pater adoptans, sit Pater Filii adoptati, his enim est Pater adoptivus, Joseph vero fuit Pater matrimonialis.—*C à Lap*—Sanctissimo Josepho concessum est in omni necessitate opitulari.—*D. Thom.*—Simul atque a sacerdote Joseph virgam accepit, ex ea columba volans capiti Joseph incedit.—*S. Eustaq.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Noster Institutus est hæreditas Domini et fructus ventris Mariæ Jesus.\*Quia in eo Jesum diligere possumus ex toto corde. ¶ Cum ejus parentibus Maria et Josepho. Quia....

### LECTIO II.

“Si autem dicere vellet ille prædictus devotus præstantiorem fuisse et excellentiorem præervationem Virginis quam Joseph, quia anima B. Virginis in ipsa creatione majori gratiarum et excentiarum et donorum cumulo a Deo fuerit ornata, bene id quidem et libenter amplectimur.”

“Confirmari autem potest hujus auctoris innominata sententia de præservatione Sanctissimi Josephi ad similitudinem Virginis, ex eo quod Beata Virgo et Beatus Joseph ab Æterno fuerunt electi et propositionabiliter æquiparati; sed Beata Virgo fuit excepta a regula peccati originalis, ergo similiter Joseph debet excipi, quia exceptio non excludit causas similes et æquiparatas.”

“Denique præservatio Joseph nec pugnat cum divina potentia neque cum aliquo scripturæ loco, neque cum aliqua Ecclesiæ determinatione, neque

cum manifesta aliqua ratione, et sic pie credi potest.

Omnibus his rationibus videtur mihi potest adaptari opinionem asserentem, Dominum Sanctum Josephum absque originale macula conceptum fuisse; attamen, specto suam doctrinam et sapientium multorum qui amici vestri sunt, manens, interea, ut semper, vestri et illorum omniumque affectissimus servus et capellanus Joseph Maria Vilaseca.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Difficile crederemus totius mundi fabricæ auctorem. \*Pauperculæ Virgini et Josepho pauperi fabrico subditum fuisse. ¶ Si non esset scriptum in Evangelio: Et erat subditus illis. Pauperculæ....

### LECTIO III.

I. Præclarum testimonium Concilii Vaticani circa Sacram Familiam, ex quo, nisi fallor, potest etiam deduci intemerata conceptio Divi Josephi:

"Veluti inter mortales nos est sibi invicem in die natalium gratulari, et nostra Mater Ecclesia huic modo agendi insistens, nos celebrare docuit solemnem sanctorum diem, qua primum in gloriam nati, quando in quibusdam sacris ædibus conciones habentur exquisitissimæ, et digito monstrantur gesta eorum, quorum virtutes magnis laudibus afferuntur, et veros inter heros numerantur; ita et nos in mense Martio Divinum Josephum colere volumus, et revera in id pergimus non modo ut filii amantissimi, verum amplius ut sacerdotes studiosissimi cultum Divi Josephi. Gratulamur proinde carissimis in Domino fratribus memoria revocantes celeberrimum Concilii Vaticani documentum, quoniam

nostro et aliorum sapientissimorum virorum judicium magni momenti est loquendo de honore Sacrae Familiae debito, et præsertim si agatur de immaculata Divi Josephi conceptione."

"Nec inde liceat inferre, nos eodem abuti velle, ut tam difficili quaestioni finem faciamus, nec nos existimare intimum sensum testimonii curasse, nec multe minus aliquo modo decisioni infallibilis Pontificis adversari; sed e contra nihil aliud intendimus, quam exponere ea quæ acta sunt, ea solummodo addentes comentaria quæ omnino requiruntur, et omnia quæ inde fluunt, præmissa auctoritate summorum virorum."

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Inauditum omniumque novitatum singulare prodigium fuit ut Deus fieret homo. \*Sed magis mirabilis. ¶ Dei filium Virginis surgere et Josephi foveri in gremio. Sed....

—DIA 15 DE DICIEMBRE.—

### LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Nulli umquam dabitur Joseph merita immensa, congruis illi laudibus adæquare.—*Pise.*—Quem dicunt homines esse nostrum Josephum? Tu es Pater filii Dei vivi.—*Torres.*—Et Patrem Josephum quis novit nisi filius suus Jesus?—*Torr.*—Usque adeo mutua illa Josephi cum Domino Josepho et Virgine Maria conversatio, immensam ejus arguit sanctimoniam et dignitatem.—*Equio.*—Liber fuerit Joseph Christo et Deiparae consecratus.—*Pise.*—Per inobedientiam Adæ omnes perditum sumus; per

per obedientiam Joseph omnes ad pristinum statum incipimus revocari.—*S. Remig.*—Sextum argumentum ex coelesti Sancti Josephi gloria, ob ipsum titulum Patris Christi super sanctos reliquos.—*Gis.*—Ex ejusdem Josephi uberrima gratia, et ex charitate et obsequiorum meritis, quibus Christum ut Pater, diligens prae omnibus et prae omnibus meruit, eidem ut filio ministerium exhibendo, cum gloria detur juxta mensuram charitas.—*Gist.*—Ab eodem Dei filio susceptam illius animam, ut sertum exultationis, utque coronam gloriae, et ut purissimum liliū multo praestantius cœteris, quae in Ecclesiae horto collegit.—*Gist.*—Adeptus in terris gratiam prae coeteris, ut Christi Pater nominaretur et esset.—*Avend.*—Dignus sit Joseph coelestium, terrestrium et infernorum adoratione sublime.—*Avend.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ratione essentialis matrimonii venter Virginis ad Josephum pertinebat. \*Sic Deo volente ad Josephum glorificandum. † Ideo Pater Christi potuit et debuit ab omnibus appellari. Sic....

### LECTIO II.

*Laudatum sic jacet.—Postulatum.*

Divum Josephum, singulari Dei providentia prae coeteris creaturis electum fuisse, ut Dei Virginis Sponsus, et Verbi incarnati, non generatione quidem, sed charitate, adoptione, ac matrimonii jure, Pater esse meretur, nemo ignorat. Adeo ut, nedum in sacris Evangeliiis atque ipsamet Beatissima Virgine, illum Christi Patrem passim nuncupari. (Luc., II, 27.) Cum inducerent Jesum Parentes ejus, ut face-

rent secundum consuetudinem legis, pro eo. (Jb., V, 34.) Erant Parentes ejus et Mater mirantes super his quae dicebantur de illo. (Jb., V, 41) Ibant Parentes ejus per omnes annos in Jerusalem. (Jb., V, 43.) Cum redirent remansit Puer Jesus in Jerusalem, et non cognoverunt Parentes ejus. (Jb., V, 48) Et dixit Mater ejus ad illum: Fili quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus et ego dolentes quærebamus te; sed et Dominum Nostrum Jesum Christum, in diebus carnis suae, ei tamquam Patri humiliter subesse dignatum legimus. (Luc., II, 51) Descendit Jesus cum eis, et venit Nazareth, et erat subditus illis.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Angelus Domini apparuit in somnis Joseph dicens. \*Considera Angelum non paruisse Mariæ † Sed Joseph dignitate quidem inferiori, sed officio marito. Considera....

### LECTIO III

Infrascripti sacrorum Antistetes, hæc serio perpendentes, simulque probe noscentes magnum diu in Orbe exardescere desiderium Sancti Josephi publicus cultus, quantum par est, augeatur, enixis praecipuis orant atque obtestantur, ut sacrosancta oecumenica Synodus Vaticana, tot tantisque votis inclinata, pro sua auctoritate solemniter discernat: 1º Ut quemadmodum Beatus Joseph, ceu Pater Christi, tanto melior creaturis omnibus effectus fuit, quanto differentius prae illi nomen haereditavit, sic ipsemet. (Hæbr., I, 4) Per Sacrorum Ritum Congregationem publicus dulciae cultus in Ecclesia Catholica atque in Sacra Liturgia, post Beatam Deigenitricem, prae omnibus caelitibus in posterum tribuatur. 2º Ut

idem Sanctus Joseph, cui Sacrae Familiae tutela a Deo jam credita fuit, universae Ecclesiae Primarius, post Beatissimam Virginem Patronus habeatur.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Christus Dominus parentes suos sequi Nazareth non dexpexit \*Magister discipulos; Deus homines. ¶ Neque minus dexpexit et magis ac magis diligit Verbum et sapientia fabrum et foeminam.—Magister....

—DIA 16 DE DICIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Significatio nominis Josephi sonat augmentum, quod per sponsalia ei de beatissima Virgine, est actualiter aequisum.—*Alb. M.*—Beatiora confugia iudicanda sunt, quae continentiam inter se pari consensu servare potuerunt.—*Alb. M.*—Quibus placuit ab usu carnalis concupiscentiae in perpetuum continere, absit ut inter illos vinculum conjugale rumpatur; immo firmiter erit.—*Alb. M.*—Videtur Sanctissimum Josephum fuisse aptissimum, ad perfectius exercendas omnes actiones vitae activae ac contemplativae, quam ullum aliud manus purae creaturae.—*Suar.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quanto divino Josepho decebat carnis munditia. \*Quanta cordis serenitas. ¶ Cujus speciem atque decorem etiam ipse Deus concupit, et portio carnis suae Sponsae Deitati hypostaticae unienda. Quanta....

LECTIO II.

Jam vero, quid infertur ex hoc documento, cui postridie kalendas julias millessimi octingentessimi septuagessimi Eminentissimus Doumet Cardinalis Archiepiscopus Burdigelensis, Eminentissimus Corsi, Cardinalis Archiepiscopus Hispalensis, Eminentissimus Cullen Cardinalis Archiepiscopus Dublinensis subscripsere, et centum quadraginta novem Patriarchae, Primate, Archiepiscopi et Episcopi undequingentium catholicorum, quos inter pauci non inveniuntur Praelatorum Orientalium, Armeniorum, Caldaicorum, Graecorumque nec non Apostolicorum Vicariorum et Episcoporum ad diversas Ordines regulares pertinentes?

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Christus conversabat cum Joseph in omnibus. \* Sicut verus filius obediebat parentibus suis in omnibus. ¶ Et diligebat Josephum valde, sicut pupillam oculi sui. Sicut....

LECTIO III.

Quid? nempe.—I. Postulatum ornatissimorum PP. Concilii Vaticani, Sacrae Scripturae ac Traditionis exquisitis auctoritatibus fuisse confirmatum. (Luc., II cit.)—II. Divinum Josephum esse B. V. Mariae Sponsum, eique in pluribus similem, quum praecipue in Paternitate fuerit. (Luc., ib. 27. 33. 41. 43 48)—III. Beatum Josephum non generatione quidem, sed charitate, adoptione, ac matrimonii virginalis jure Christi Patrem esse: Virum Mariae de qua natus est Jesus. (Matth., I. 16.)—IV. Beatum Josephum in altiore, quo possit loco firmanti Catholicae Apostolicae ac Romanae Ecclesiae collocandum. (Postulat.

Past. Concilii Vaticani)—V. Beatum Josephum honorandum, glorificandum et laudandum esse super omnem honorem, gloriam et laudem, quæ cælitibus, quibus in altaribus nostris veneramur, et tribuuntur, et tributum fuerunt. (Post. Past. Conc. Vat.)

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Certum est Christum appellare Josepho Patrem.

\*Consuetum fuit Josepho appellare Christum filium.

¶ Quid me quærebatis, o Pater meus, o Mater mea.

Consuetum....

—DIA 17 DE DICIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Tantum in cælis opus est noster divinus Joseph optineat gloriæ singularis, ut paterno effalgens culmine, et filio assidens nulla supra se videat creaturam.—*Advendan.*—Divum Virginis Sponsam Deus prospiciebat, ut illi totius naturæ adorationem exhibendam nosceremus: ne Patre regis quisquam illustrior habeatur; ne reginæ Sponso quisquam videatur sublimior.—*Avend.*—Josephi honoris culmen attingere valeat.—*Baeza.*—Unde Josephus omnia habet jura veri Domini ac Patris in Jesum, ut erat homo.—*Tirnio.*—Josephus omnia habuit jura veri Domini ac Patris in Jesum; et Jesus habebat omnia jura filii respectu Josephi.—*Tirnio.*—Rex est Sanctus Joseph qui Christum aluit.—*Lobecio.*—Jure ergo Joseph, quem Maria Dominum vocaret, creaturarum Dominum sua Maria vocaretur.—*Baeza.*—Josepho non Israelis imperium, sed coelorum regnum Dei Matrem committeret et filium.—*Torres.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Beatus vir qui in Josephi devotione divinarum consolatione carens.\*Usque ad mortem perseveraverit. ¶ In omnibus implebit desiderium suum et in Æternum non confundetur. Usque....

LECTIO II.

VI. Cultum, quem Beato Josepho deferre debemus, summum dulciæ esse debere, inferiorem tantum cultui immaculatae ac divinae Mariae, ejus Sacrae Sponsae, et divinae Maternitati consimilem. (Post. Past. Conc. Vat.)—VII. Sanctum Josephum ad communem aliorum Sanctorum ordinem gratiæ non pertinere: illos namque tantopere præcellit ut nemo unquam ei adaequate possit comparari. (Post. Past. Conc. Vat.)—VIII. Divum Josephum ad ordinem certe pertinere hypostaticum Sacrae Familiae Jesu et Mariae.—IX. Divum Josephum ejusdem Familiae esse Rectorem; et ea quidem auctoritate, quæ est Sponsi in Sponsam, et Patris in filium. Consurgens (Joseph) accepit Puerum et Matrem ejus, et secescit in Ægyptum. (Matth. II. 21)—X. Dominum Josephum a culpa et peccato vocasse, non aliter quam Jesus filius et Maria.—Postremo XI. Nostrum hunc præclarissimum Divinum Josephum valde simillimo modo Mariae genitum et conceptum fuisse ab omni originali labe præservatum.

Conceptus fuit sine culpa protoplasmatis (hoc quamvis non intendamus cum figere prorsus æqualem Deiparae Virgini, verum diligentissime celsissimæ Dominae, cui gratiarum cumulum immensum attribuimus, quo superet illum); etenim ad hyposta-



ticum ordinem pertinens, ad ordinem consiliumve Dei pertinet: si vero in consilium Dei venerit, quis est, qui non modo non dicat, sed praedicet, atque verissime a peccato liberatum fuisse non aliter quam eorum conceptione Christus Dominus et ejus Beatissima Mater eodem modo non fuerunt contaminati?

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Erat inter Jesum et Josephum conversatio divinalis.\*Et sicut Patrem suum. ¶ Benedictus Jesus se haberet ad eum in exterioribus signis reverenter et obedienter. Et....

### LECTIO III.

Ut vero firmiores efficiamur, quantam utilitatem nobis afferat, si illum non statui; sicut caeteri Sancti, sed unionis hypostaticae, vel melius dicam, si ordini vel consilio Dei adscribamus, ubi nulla species peccati personalis nec multo minus originalis inveniri, nec suspicari potest effatum quoddam Benedicti XIV, proferemus: Suaresius ait; primus ante omnes in Scriptura nisus, et sententiis, sensuque Sanctorum Patrum fultus, a numero Sanctorum Divum Josephum, reposuit, eique in loco sibi convenientiori collocavit, parem scilicet Mariae. Ad ordinem igitur gratiae non pertinet Joseph, sed Dei, cum eo unum idem componens; siquidem pars Sacrae Familiae, Joseph, Mariae et Jesus, et summa rei addita, quod Joseph erat caput ejus, ceu purus et verus Sponsus ejusdem Sponsae Beatissimae Virginis Meriae.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Divinus Joseph publice habebat se ad Jesum Verba auctu gestu atque cura et imperio \*Sicut ve-

rus Pater ad Filium suum. ¶ Oh cuanta dulcedine audiebat Joseph balbutientem parvulum se Patrem vocare. Sicut....

### —DIA 18 DE DICIEMBRE.—

#### LECTIO I.

##### —EX DOCTORIBUS.—

Ecce per amplum Josephi regnum cui praestet et quod Josephus gubernat. Oh generosum auguste imperium, quod Deo ac Dei Matri Josephus principatur.—*Celada*.—Sanctus Joseph vere fuit ferculum vere Salomonis, qui sæpius incedit brachius Patris suis.—*Pise*.—Eo evexit illum et incurventur ante eum omnes fratres ejus, tota sine exceptione Adami prosapia.—*Pise*.—Beatissimo Virginis Sponso legatum mittit Deus angelicum, extraordinaria usus providentia ut illius pacto dignitatem supra angelos ipsos, mundo, et angelis et hominibus repræsentet.—*Avend*.—Ubi Maria regina angelorum nupsit Josepho angeli statim ei quasi regi sæpius astiterunt.—*Pise*.—Dum vir Joseph, dum Pater orat, velut imperium reputatur; quia in coelo etiam paterna auctoritate et supplici omnipotentia principatur.—*Celada*.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Non confundentur Josephini in morte a spiritu maligno.\*Quia poteatissimus Joseph in momento illo supremo. ¶ Tutissimam protectionem efficacissime impertiet. Quia....

#### LECTIO II.

*Joseph sine macula.*

Quae quum ita sint, quid ex hoc utilissimo documento licebit inferre? quid, quum ex eo tanta lux

in honorem et gloriam Divi Josephi oboriatur? quid de eo debeat dici, quid certissime praedicari, quoniam pertinet ad ordinem hypostaticum, id est, ad ordinem Dei, quae tribus sacris Jesus, Mariae et Josephi personis constituitur?—Dici debet, et revera dicimus, quamvis vere et omnino obsequentes filii Sanctae Romanae Ecclesiae, quia sicut Jesus erat sine peccato, eo quod conceptus fuit de Spiritu Sancto, et Maria quia concepta sine labe originali: Sic Joseph conceptus sine peccato originali; hoc enim dignitas vera et perfecta Sponsi Mariae et Paternitatis Christi praerequirebat, dum praeterea esset caput et dux ejusdem Sacrae Familiae; praecleara munia, quae, divina vocatione mediante, plene et absolute a reliquis Adami posteris eum separant, et immaculatae ac divinae Mariae conjungunt, eodem modo quo potentissimam Dominam debite vero ejus Filio conferunt: ergo dicendum est nostrum Divinum Josephum fuisse de facto sine macula originali conceptum.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam \*Quod enim in ea natum est de Spiritu Sancto est. ¶ Pariet autem filium, vocabis nomen ejus Jesum; et sicut illa revera Mater, tu revera Pater. Quod....

### LECTIO III.

II.—*Præclarum testimonium Papæ Pii IX circa Sacram Familiam ex quo, nisi fallor, potest etiam deduci immaculata conceptio Divi Josephi.*

\* Quae ut nemo audeat inficiari, de cultu Divi Jo-

sephi, quid censuerit Pius IX ad Postulatum PP. Conci. Vat. confer Emiliū Moreno Celada in opere "Sanctum Œcumenicum Vat. Concilium," volumine secundo, folio 141, ubi sic habet.—"Decretum Urbis et Orbis": "Sicut Deus constituit Praefectum in terra Ægypti Josephum, filius Patriarchae Jacobi, ut populo curasset messem, ita quando plenitudo temporum pervenit in quibus missurus erat in terram Unigenitum Filium, Salvatorem mundi, alterum elegit Josephum cujus primus fuerat typus et eum fecit Principem et Dominum domus suae et ejus possessionis, et curator thesaurorum suorum pretiosissimorum. Ita Sponsa habuit Immaculatam Virginem Mariam de qua per Spiritus Sancti opera, natus est Dominus Noster Jesus Christus, qui apparere dignatus est inter homines tamquam filius Josephi et cui subditus fuit. Et quem Prophetæ et Reges videre desiderabant, Joseph non solum vidit, sed cum illo conversabat et suis inter brachiis eum amplexabatur, osculabatur, et etiam magna diligentia, illi, quem fidelis populus accepturus erat tamquam panem descendentem de coelo, ad vitam aeternam consequendam alebat.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Aucturus semper et pro semper de superexcellente dignitate B. Deiparae et B. Josephi. \*Eo quod Sanctissimi, eo quod Parentes. ¶ Et eo quod, denique Christi Domini superiores extiterint. Eo....